



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

76. An Baptismus collatus in extremaparte comæ, vel in secundina, si jam deflueret, & quasi penderet, sit validus? Et supponitur Baptismus collatum in capillis, & super secundinam circundantem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

Sup. hoc prope finem Ref. seq. & lege §. not. prima huius Refolut. Et sup. hac secundinam §. Et licet. huius Ref. & in principio Refol. seq. & lege §. not. prima huius Refol. & in tom. 8. tr. 8. vide doctrinam Ref. 6.

Baptismi solum contingeret unguis, qui non vivunt, confiteretur verum baptismi sacramentum, & eodem modo iudico affirmandum puerum nascentem inclusum in pelle, quam Medici secundinam appellant, baptizari valide, etiam si aqua tantum eam pellem attingeret, quia pellex illa secundina reputatur veluti pars pueri, & veluti cutis eius, & ea lota puer dicitur lotus. Huc usque Ochagavia.

2. Et licet aliqui supradicta non esse vera contendunt, ut Villalob. in summ. tom. 1. tr. 5. diff. 4. n. 2. Zambran. de Sacram. Bapt. c. 1. dub. 1. n. 7. & seq. cum aliis, tamen concedendum est tempore mortis sic adhibendum esse Baptismum cum conditione, & ideo Joan. Præpos. in 3. p. q. 66. art. 8. dub. 3. n. 90. sic ait: Tempore necessitatis, quando major pars corporis aqua tingi non potest, estque periculum, ne infans alias decedat absque baptismo, potest sine ullo peccato in manu, pede, similique parte minori baptizari, imò & debet, quia nulla reverentia erga Sacramentum censetur committi, quod proximo alioquin perituro consulatur per medium probabile, quamvis incertum, cum melius sit puero tale medium adhibere, quod forte poterit prodesse, quam nullum; si tamen puer evaderet periculum, esset saltem sub conditione baptizandus, ne ejus salus magno periculo exponatur, si forte prior Baptismus fuerit invalidus. Idem dico de digito, licet de ea parte majus sit dubium, & aliqui asserentes de manu, negent de digito, quia ex ejus ablutione homo non videtur posse dici simpliciter abluui. Dico tamen, urgente necessitate, de qua supra, posse puerum in digito baptizari, si solus is appareret, propter sententiam variorum, quæ in re satis obscura non est improbabilis, transacto tamen periculo longè potiori in hoc casu repetendus erit baptismus. Idem dico de capillis. Ita varij, quamvis enim communi sententia Philosophorum non sint animati, sunt tamen hominis pars, & illis aspersis homo dicitur abluui; unde necessitate non occurrente parte certiore, potest in illis baptizari, qua transacta Baptismus, ut supra, est repetendus. Possent etiam involutus secundinis in necessitate baptizari, quia hujusmodi pellex, & tegumentum censetur pars hominis, & ea abluta homo censetur abluui. Et hac omnia docet Præpos. ubi supra, vide etiam Granad. de Sacram. in 3. p. controv. 4. tr. 1. disp. 4. n. 10. Hurtad. de Sacram. Bapt. disp. 1. diff. 6. Cabrer. de Sacram. in 3. p. q. 66. art. 7. Moscol. in summ. tr. 2. c. 2. n. 1. Layman lib. 5. tr. 2. c. 3. n. 3. & me citato, Torrellanc. in pract. lib. 2. c. 4. n. 32.

Sup. his in §. not. prima huius Ref.

Sup. hoc infra in Refol. 28. & c.

Sup. hoc digito in Ref. seq. cursum ad medium, & finem, vel quia ait & in alio §. ejus not.

Sup. his capillis supra ad medium §. 1. huius Refol. & in aliis ejus not.

Sup. his secundinis in fine §. 1. huius Ref. & in aliis ejus an not.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. ex Ref. 3. §. Imo plus.

3. Notandum est etiam hic obiter, cum puer est in mortis periculo, posse baptizari eum forma dubia, si nemo adest, qui sciat formam certam. Ita Ochagavia tr. de Sacram. in gen. q. 5. n. 17.

RESOL. LXXVI.

An Baptismus collatus in extrema parte comæ, vel in secundina, si jam deflueret, & quasi penderet, sit validus?

Et supponitur Baptismus collatus in capillis, & super secundinam circumdantem corpusculum infantis esse validum.

Sed notatur, quod Baptismus collatus in capillis debet postea iterari sub conditione.

Et quid est dicendum, si aqua Bapt. solum contingeret unguis? Ex p. 10. tr. 16. & Mil. 6. Ref. 19. aliis 18.

§. 1. Suppono baptismum collatum in capillis, & super secundinam esse validum, sic ego

cum pluribus alibi docui, & Castrus Palanus tom. 4. Alibi in Re. tract. 19. punct. 4. num. 7. & 8. Sed difficultas est, si sol. præteri- aqua solum effunderetur super extremam partem §. ejus pri- capillorum penditum ab utroque capitis lateris, & extra ipsum caput, quæ pars ab aliquibus ligari pro secun- solet in crinem serica vitta, vel aliter. Casus est cu- dina, ibi fi- riosus, & non passim obvius, & videtur prima fa- gnanter in- cie affirmativè respondendum, quia sicut est pars fine §. 1. & corporis, & sicut vivit, & vegetat capillus brevis, prope finem §. 1. dicte Refol. & in tom. 8. tr. 8. vide doctri- ita & capillus longus, sed baptismus collatus in ca- nam. Ref. p. illo breviter est validus, ut diximus, ita & baptismus collatus in ultima parte comæ pendit. Sed ego negativè sententiæ adhareo, quam tuetur Dicastillus de Sacram. tom. 1. tr. 11. disp. 1. num. 52. & 53.

ubi sic ait: Capilli etiam si non vivant vita hominis, sunt tamen partes homini naturaliter conjunctæ, sicut etiam unguis, atque hoc satis esse, ut homo dicatur abluui, & aspergi per abluionem, & asperionem illarum partium; quod ego maxime verum puto, quando capilli breves, & detonsi ipsi capiti insunt; tunc enim magis mihi clarum videtur, quod homo illis ablutis, & aspersis dicatur lavari, aut aspergi, non tamen ita mihi certum apparet, quando capillamentum defluit usque ad talos, vel usque ad genua, aut furas, extrema tantum capillorum madefiant. Eodem modo notat Vasquez ex Rosella, & Silvestro, valere sacramentum quando infans recens natus baptizaretur in secundina, id est pellicula illa, in qua nasci solet; quamvis enim alioquin inclusus corio, si supra corium infunderetur aqua non valeret baptismus, nisi penetraret aqua usque ad carnes, juxta nuper dicta; tamen, quia secundina est veluti pars infantis etiam si illa non penetraretur, valebit baptismus. Verum ex hoc ipso confirmarem ego quod nuper dicebam de capillis, si enim pars quadam secundinæ non præcisâ à reliquis non circumdatet partem corpusculi, sed jam deflueret, & quasi penderet, durum mihi videtur, baptismum in illa parte defluente factum dicere esse validum, quamvis validum sit in parte inexistente, aut circumdante corpusculum: ergo pari ratione in extremo defluentis comæ, seu capillitij baptismus non erit validus: certe mihi valde dubium est, & multò mihi minus videtur Baptismus validus collatus in solis capillis, quam in manu, aut pede, & tamen plerique de illo valde dubitant, ut paulò post videbimus. Hucusque Dicastillus, cujus sententiam invenio novissimè firmatam ab Eminentiss. Card. Lugo in Resp. mor. lib. 1. dub. 1. n. 9. quia ait, ille si ablutio unius digiti pedis non sufficit ad baptismum, juxta communem sententiam, multò minus sufficit ablutio extremæ partis comæ penditæ, quæ minus videtur pertinere ad hominis complementum, quam digitus. Est autem magna differentia inter capillos illos, qui caput ipsum tegunt, & illos, qui ex capite pendent per humeros, qui certe non sunt capitis pars, nec qui illos tangit, dicitur caput tetigisse; quare nec qui illos abluui dicitur caput abluere. Secus dicendum est de illis, qui in capite sunt, & illud tegunt; sunt enim quasi pellex, & cutis externa ipsius capitis: quare sicut tangens cutem capitis, vel illam abluens; dicitur tangere, vel abluere caput, ita & qui capillos tangit, vel abluui. Quod à posteriori constare potest, quia si aliquis videret extremitatem solam comæ Petri ex humeris penditæ, & nihil aliud, non diceretur vidisse Petri caput: si tamen vidisset caput ipsum ita capillis coopertum, ut cutem, aut carnem non videret, adhuc diceretur caput vidisse: Unde apparet casarium pendentem ad humeros non esse partem capitis, sicut sunt capilli in ipso capite positi, &

Sup. hoc digito in Ref. præterito §. 2. ad medium, verè. Idem dico de digito, & cursum in eo, §. 1. ex Refol. 3. §. Imo ut in articulo.

Sup. hoc no. & illud tegentes. Nota vero, quod baptismus, col-
latus in capillis, debet postea reiterari sub condi-
tione, ut me citato probat Lugo, ubi supr. n. 10. cum
seq. Magist. Serra in 3. p. D. Thom. q. 66. art. 7. Sed
quid dicendum, si aqua baptismi solum contingeret
ungues? Ochagav. quem citat, & sequitur Leandr.
de sacr. rom. 1. tr. 2. disp. 2. q. 24. putant dicendum id,
quod dictum est de capillis, sed negat Martin. de
Sancto Joseph. 1. lib. 2. tr. 1. de Baptism. n. 12. sicut
negat de capillis, fatetur tamen in utroque casu,
Baptismum sic collatum in necessitate esse, ut dixi-
mus, postea reiterandum sub conditione.

RESOL. LXXVII.

An in mortis articulo infans sit baptizandus in um-
bilico, per quem a matre fugit infans, & illi con-
jungitur?
Et in dicto casu ita baptizatus, an sepeliendus Ecclē-
siastica sepultura? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 15.

§. 1. **R**esolutio hujus casus, accipi potest ex Iac-
cob. Marchant. in Candelabr. Sacr. de re-
sol. q. pastor. tr. 2. de bapt. c. 1. g. 1. c. 2. ubi sic ait;
Quadam obstitit retulit mihi se, cum non posset
extra uterum habere aliam partem, quam umbili-
cum, per quem infans fugit alimentum à matre, &
illi conjungitur, baptizasse infantem in umbilico,
an sit validus baptismus? Existimo quod non, quia
umbilicus non censetur pars hominis, ideoque præ-
scinditur. Sed quærebatur, an talis infans deberet
privari Ecclesiastica sepultura? Consequenter re-
spondeo videtur, quod sic. Tamen contrariam opi-
nionem posset quis cum aliqua forte probabilitate
tueri, dicendo umbilicum non minus censerī ali-
quid infantis in tali statu, quam capilli censeantur
aliquid hominis, licet sint quedam excrementa, si-
cut & umbilicus, & ita sicut per capillos censeatur
homo ablatus (ut multi docent) similiter videtur
per umbilicum dici posse infantem ablui, tanquam
per aliquid sui, quia etiam per illum aqua ad cor-
pus infantis censerī posset pertinere. Ob has &
similes rationes, quæ affecti possent in favorem
pueri, & baptismi dati, non plane condemnarem, si
talis sepeliatur in loco sacro, quia valde apparet
aliquid jus ei possit à scribi ratione talis baptismi
disputabilis. Et quamvis longè infirmior sit pars
favens, cur tamen debeat privari jure loci sacri, nisi
manifestè, & irrefragabiliter constet privandum,
sive illi tale jus non competeret: Sic ille.

RESOL. LXXVIII.

An qui recipit in periculo mortis Baptismum ex opi-
nione probabili, v. g. in digito, capillis, pedibus, ma-
nibus, &c. & in materia dubia cum gutta aquæ,
&c. deberet, si viveret, iterum sub conditione bap-
tizari? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 11.

§. 1. **A**liqui videntur negare, quia satisfecit
obligationi suscipiendi sacramentum,
suscipiens illud juxta sententiam probabilem, & ita
ex Vasq. docet doctus Hurr. de sacr. Bapt. disp. 1.
diffic. 12. Sed contrarium videtur omnino verius,
nam qui recipit dubium sacramentum, cum teneat
tur sacramentum suscipere videtur graviter pecca-
re; ergo etiam is, qui in eo dubio permanet. Con-
firmatur, nisi moraliter constet de valore baptismi,
alia sacramenta facileg recipientur; igitur ad
Tom. I.

hæc sacrilegia impedienda homo tenetur Baptis-
mum iteratò sub conditione recipere.

2. Dices, aliquis in sua operatione potest sequi
sententiam probabilem; ergo, &c. Respondeo ne-
gando consequentiam, & dico, assumptum præsentis
proposito minus solidè applicari: nam cum DD. as-
serunt aliquem relicta sententia probabili posse
adherere contraria etiam probabili, non volunt id
esse verum, quando probabilitas solum versatur cir-
ca rei naturam, aut conditionem, sed quando sen-
tentia inter se sunt contraria in ordine ad praxim,
quarum una asserit aliquid citra peccatum fieri
posse, alia negat, in nostro vero casu DD. non cen-
sent aliquem (saltem extra casum necessitatis, quan-
do sacramentum non potest aliter conferri, vel reci-
pi) posse absque peccato conferre, vel recipere
baptismum in solo digito, v. g. capillis, manibus,
&c. Sed solum asserunt esse probabile talem bap-
tismum esse validum, quo non obstante homo po-
test obligari ad suscipiendum iteratò saltem sub
conditione, propter rationes allatas; & ita docet
Ioan. Præpos. in 3. q. 66. art. 9. dub. 2. n. 101. cum
eo etiam adde omnino videndum Ochagaviam de
Sacram. Baptism. tr. unic. q. 11. n. 11. & Coninch.
de Sacram. q. 66. art. 9. dub. unico.

RESOL. LXXIX.

An si quis probabiliter putes se non fuisse baptiza-
tum, possit adhuc recipere sacramenta?
Et supponitur esse iterandos omnes Baptismos sub con-
ditione, in quibus baptizans usus est opinione pro-
babili circa substantialia, v. g. circa formam, ut si bap-
tizaret in nomine Christi, vel Genitoris, Geniti, &
Procedentis ab utroque, & sic de aliis formis dubiis.
Idem est circa materiam, ut si quis baptizaret cum
gutta aquæ, cum lixivio, glacie, rore, vel nive non-
dum resolutis; aut si baptizaretur infans non in
capite, pectore, aut scapulis, sed in manu, pede, bra-
chio, vel alia sui corporis parte.
Item si detur solum probabilis applicatio materia, vel
forma, aut aliorum essentialium, inter qua inten-
tio Ministri est, iterandum est Sacramentum sub
conditione.
Et in §. penult. hujus Ref. aliqui casus notantur pro
baptizatis, à diversis personis, & genitibus in ca-
su necessitatis, in quibus advertitur, quod Bap-
tismus debet iterari sub conditione.
Sed jam omnes dicti casus magis late in suis speciali-
bus Resolutionibus in hoc novo Ordine ad hunc
tractatum sunt conducti, & in eo pertractati.
Sed adhuc super est difficultas, quid præstare debeat
Episcopus, Sacerdos, & Confessarius, ita quilibet
eorum dubius de suo Baptismo; an Baptismum ite-
rari sub conditione necessarium sit?
Et quid etiam præstare tenentur, qui Ordines ab
Episcopo, & absolutionem Sacramentalem perce-
perunt à Confessario de suo Baptismo dubijs? Ex
p. 10. tr. 16. & Misc. 6. Ref. 30. aliàs 19.

§. 1. **S**uppono cum omni Theologorum sen-
tentia esse iterandos sub conditione
omnes Baptismos, in quibus baptizans usus est opi-
nione probabili circa essentialia, v. g. circa for-
mam, ut si baptizaret in nomine Christi, vel Geni-
toris, Geniti, & Procedentis ab utroque, & sic de
aliis formis dubiis: idem est circa materiam, si bap-
tizet cum gutta aquæ, cum lixivio, glacie, rore, vel ni-
ve nondum resolutis; aut si baptizatur Infans non
in capite, pectore, aut scapulis; sed in manu, pede,
E 2 btachio,

in aliis Ref
ejus primas
not. & si-
gnanter pro
prima diffi-
hujus Ref. in
tom. 3. tr. 1.
lege à §.
Non defini-
utque in fi-
nem Ref. 3.
& hic supra
in Ref. 3. §.
Nec solum,
ad medium,
vers sublato
tamen. & in
fine Ref. 64.
vers. cetero-
rum.

INTON
Opera
Tom. 1 & 2
E III

* Sup. his
suppositis, &
seqq. magis
late in suis
specialibus
Ref. supra à
Ref. 30. ut-
que ad hanc
Ref. & in tri-
bus Refol.
seqq. & si-
gnanter in
Ref. proximi
præterita,
& in eo 3.
tr. 1. Ref. 3.
per totam.